Ad paruulum igitur sit conuersio tua.
ut discas paruulus esse: tu quoque
cum conuersus fueris paruulus fias. Er-
go nunc audi quam euidenter ipsum
tibi in quo constituat forma
conuersionis paruulum manifestat:
signanter ea que sunt paruuli
in se ipso imitanda proponens.
Discite inquit a me quia mitis sum
et humilis corde. Gemina paru-
itatis: humilitas et mansuetudo.
Et illa interior. et ista exterior
paruitatis: utraque tamen non parua est
virtus. Nempe quam paruulus
ille tam magnus unum magis-
terium profitetur. Hodie igitur con-
uersus est paulus: hodie desiit esse
saulus. Hodie factus est humilis et
mitis corde. Probat omnibus con-
fessio cordis humiliationem dum
clamat domine. quid me vis fa-
cere. Magis autem probat ipsa col-
late gratie magnitudo: que
nimirum tam multa nisi in-
tus humili data non fuit. ¶
Ceterum mansuetudo quam exte-
rior quedam ut diximus paruitas
et ob hoc manifestior est:
amplius nobis in conuersione hac
commendatur. Tripliciter quidem
velut ariete mansuetudo nimi-
pulsatur: verborum iniuriis. dampn-
is rerum: corporis lesione.
In hiis tribus omnis exhibicio
paciencie: omnis exercitatio
mansuetudinis. Probata illa
est virtus: quam nichil horum
videtur commouere potuisse. ¶
Considerare libet quemadmodum
paulus super hiis omnibus in
ipsa statim sua conuersione temp-
tatus. Vere iam paulus mitis factus est
in hac parte: vere mitis et paci-
ens. Saule saule: quid me per-
sequeris. Durum est tibi contra
stimulum calcitrare. Durum quidem
verbum. verbum increpatorium: plenum
comminacione. Sane quod ad corpus
pertinuit: concussus et prostratus
in terram. Amicos et dampno
quoque probatus est. Et valide.
Siquidem ipsum et lumine adeptum
oculorum: et captus ut dictum est
oculis nichil videbat. ¶ Exp-
ta est in hiis tribus et exercita-
ta paciencia iob: que in hac vir-tu-
te optimatissimum exemplar deus
dedit. Sed vere hoc industrie
relinquimus vestigandum. Suffi-
ciat nunc forma vere conuersionis.
magna ex parte in hac mansue-
tudine constituta: ut pudeat
eos qui conuersi esse debuerunt.
vel in corporum lesione. in dampno
rerum: vel quod magis indignum est
in verborum iniuriis inueniri
peruersos. penitus et aduersos.

Sermo primus in purificacione beate ma-
rie virginis de epistola missa de verbis prophete
Suscepimus deus misericordiam tuam.

Hodie templi dominum.
in templum domini.
virgo mater conduxit:
joseph quoque sistat
domino non suum. sed
eius filium dilectum in quo ei bene com-
placuit. Agnoscit iustus quem
expectabat: anna quoque vidua con-
fitetur. ¶ Ab hiis quatuor primo
hodierna processio celebrata est:
que postmodum exultacione uni-
uerse terre in omni loco et ab
omni gente celebraretur. ¶ Nec
sane mirum si tunc parua fuit: quam

quidem paruus erat qui suscipiebatur.
Nullum ibi locum pastor habuit:
omnes iusti. omnes sancti: omnes fuere
perfecti. Sed numquid hos tantum
saluabis domine? Crescat corpus.
crescat et miseratio: homines et
iumenta saluabis domine: quemadmodum multi-
plicaueris misericordiam tuam deus. In
secunda iam processione procedunt
turbe. turbe sequuntur: nec vir-
go portat sed asellus. Neminem
itaque dedignatur: ne ipsos qui
computruerint tamquam iumenta in
stercore suo. Non dedignatur
inquam. sed si apostolica vestimenta
non desint: si doctrina eorum.
si morum iusticia. si obediencia. si ca-
ritatis cooperiat multitudinem
peccatorum: ex hac iam processione
sue gloria non censebit indig-
nos. Magnus nos et tantam que
tam paucis collata videtur mi-
sericordiam: nobis quoque ab ip-
so inuenire est reseruatam.
Quid in reseruaret posteris:
quam progenuit antiquis: Da-
uid rex et propheta exultauit
ut videret diem istum: vidit
et gauisus est. Alioquin si non
vidisset. unde psallebat: Sus-
cepimus inquit deus misericordiam tuam
in medio templi tui. Susce-
pit hanc misericordiam dominus. Dauid. sus-
cepit Symeon. suscepimus et
nos: et quicumque sunt predesti-
nati ad vitam. Siquidem christus heri
et hodie et in secula. In medio autem
templi misericordia est. non in angulo
aut diuersorio: quia non est per-
sonarum acceptio apud deum.
In communi posita est. offertur omnibus:
et nemo illius expers nisi qui
renuit. Deriuantur aque tue fo-
ras domine deus: nichilominus

tamen fons tuus tibi proprius est.
et non bibit alienus ex eo. Qui
tuus est non videbit mortem do-
nec viderit christum domini: et se-
curus dimittatur in pace. Qui-
ni dimittitur in pace: qui christum
domini habet in pectore: Ipse
enim pax nostra: qui per fidem ha-
bitat in cordibus nostris. Tu quo-
que exibis via in secula: que
ducis itineris ihm ignorantibus.
Ignorantiam enim dei quidam habent.
Unde hoc: Nempe quia lux venit
in mundum: et dilexerunt homines
magis tenebras quam lucem. Et
lux inquit in tenebris lucet:
et tenebre eam non comprehen-
derunt. Ac si dicat. Et in pla-
teis deriuantur aque: et alienus
non bibit ex eis. Et misericordia in me-
dio templi est: nec tamen acce-
dunt quorum manet eterna dam-
natio. Medius vestrum stat o mi-
seri quem uos nescitis: ut mo-
rientes antequam videatis christum
domini non in pace dimittamini:
sed potius rapiamini a rugien-
tibus preparatis ad escam. Sus-
cepimus deus misericordiam tuam: in
medio templi tui. Longe est
hec gratiarum actio. a voce illa
gementis: domine in celo misericordia tua.
et veritas tua usque ad nubes.
Quid enim? Videtur ne tibi in
medio fuisse misericordia? cum apud
solos celigenas christus habetur:
At ubi sane ~~christus~~ immoratus
est christus paulominus ab angelis.
fuitque dei et hominum mediator:
ac velud lapis angularis
pacificauit per sanguinem suum
que in celis sunt. et que super

tenuit: ex hoc iam plane susce
pimus deus misericordiam tuam in medio
templi tui. Eramus enim et nos natura
filij ire: sed consecuti sumus misericordiam.
Cuius ire filij: et quam misericordiam con
secuti? Nempe filij ignorantie.
ignavie. captivitatis: et consecu
ti sumus sapientiam. virtutem. redemp
tionem. Ignorantia mulieris
seducte excecaverat nos: mol
licies viri abstinentia et illecti
a propria concupiscentia enervave
rat nos: malicia diaboli ex
positos iuste a deo captiva
verat nos. Sic ergo nascimur v
niversi. primum quidem vie civitatis
habitacionis prorsus ignari:
deinde imbecilles et ignavi:
ut et si nota esset nobis via, in
te propria tamen impedirent et detine
rent inercia. Postremo capti
vi sub pessimo crudelissimoque
tyranno: ut licet prudentes esse
mus atque robusti: ipsa tamen misere ser
vitutis opprimeremur condicione. Nun
quid non misericordia et miseracione
multa opus habet tanta mi
seria. Aut certe si iam salva
ti sumus ab hac triplici miseria
per Christum. qui factus est nobis sa
piencia a deo patre. et iusticia.
et sanctificacio. et redempcio:
quanta nobis vigilancia opus
est dilectissimi. ne forte quod
absit inveniantur novissima
nostra peyora prioribus. si de
nuo contingat nasci in eadem:
utpote qui non natura iam sed
propria voluntate filij ire sumus.
Amplectamur itaque misericordiam quam in
medio templi suscepimus: et
cum beata Anna non dimoveamur a

templo. Templum enim dei sanctum est
quod estis vos: ait apostolus. Ipse
est hec misericordia: ipse est verbum in o
re nostro. et in corde nostro. Denique in
cordibus nostris per fidem habitat
Christus. Hoc templum eius. et hec
sedes eius: nisi forte excidit
nobis. quia anima iusti sedes sapie
ntie est. ¶ Quod ergo fecisti primo
et semper admonere curavi fratres meos.
obsecro et nunc: non ambulemus
in carne. ne displiceamus deo.
Non simus amici huius seculi: ne
dei constituamur inimici. Resis
tamus quoque diabolo. et fugiet
a nobis: ut libere iam ambule
mus in spiritu. et in celo sit conversa
cio nostra. Siquidem et corpus quod
corrumpitur aggravat et effeminat et enervat
animam: et terrena inhabitacio sen
sum multa cogitantem deprimit:
ut ad celestia non assurgat. Ubi
et sapientia huius mundi. stulticia est
apud deum: et a maligno quo supera
tur. ei et servus addicitur. Por
ro in corde suscipit misericordia: in cor
de habitat Christus: in corde loquitur
pacem in plebem suam: et super
sanctos suos. et in eos qui converte
ntur ad cor. Sermo de purificacione
beate virginis. Item de ordine et modo processionis

Gratias redemptori
nostro qui tam copio
se prevenit nos in
benedictionibus dulce
dinis: sacramentis infancie sue.
gaudia nostra multiplicantis. Cele
bravimus siquidem paulo ante. na
tivitatis. circumcisionis. apparici
onis eius festa: hodie nobis
oblacionis ipsius dies illuxit.
Hodie namque sistitur creatori fruc
tus terre sublimis: hodie pla
cabilis et deo placens hostia

virgineis manibus offertur in tē
plo. Portatur a parentibus: a ſen
ibus expectatur. Offerunt ioſeph
et maria ſacrificiū matutinū:
ſymeon et anna ſuſcipiunt. Ab
hijs quatuor celebrata proceſſio
eſt: que per quatuor orbis clima
ta ſollempnibus hodie gaudijs ad
integrum renouatur. ¶ Quia
igitur feſtiuā hodie et nos ipſi
preter ceterarū conſuetudinem
ſollempnitatū actum ſuum pro
ceſſionē: nō inutile arbitror
modū ipſius et ordinē diligē
tius intueri. Proceſſimus ſi
mul bini et bini. candelas ha
bentes in manibus. ignitas ſuc
cenſas: nec quolibet igne: ſed
qui prius in eccia ſacerdotali
benedictione fuerit conſecra
tus. Adhuc futurum ſit in proceſ
ſione iſta nouiſſimi primi et pri
mi nouiſſimi: et cantabimus
in vijs dñi: qm magna eſt
gloria dñi. // Merito ſane bi
ni et bini procedimus: ſicut enim
ob commendationē fraterne cari
tatis et ſocialis vite miſſos
a ſaluatore diſcipulos euā
gelia ſacra teſtantur. Turbat
proceſſionē ſi quis ſolitarius
incedere voluerit: nec ſibi ſoli no
cet: ſed etiā ceteris eſt moleſ
tus. Hij ſunt qui ſegregant
ſemetipſos. animales ſpm nō
hntes: nec ſolliciti ſeruare v
nitatē ſpūs in vinculo pacis.
¶ Iam vero ſicut nō eſt bo
nū hominem eē ſolum ſic in con
ſpectu dñi vacuū apparē prohi
bitū. Cui enim congruat ocioſi
tatis ipi quos nemo conduxit:
qui iam conducti ſunt ſi ocioſi
inuenti fuerint quid merentur. Fi
des quippe ſine operibus mortu
a eſt. Ipſa deniqz opa nra
in feruore agenda ſunt et in
deſiderio cordis: ut ſint lu
cerne ardentes in manibus nris.
Alioquin timendū ē ne forte tepi
dos nos euomere incipiat: qui
in ewangelio loquitur dicens. Ig
nē veni mittē in terram: et quid
volo niſi ut ardeat. Hic pla
ne ſacer et benedictus ē ignis.
que pr ſanctificauit et miſit
in mundū: et cui benedicatur in
eccliis: ſicut ſcriptū ē In eccliis
benedicite deo dño. // Habet eti
am aduerſarius in. ut potep
uerſus diuinorū opm emula
tor. habet inqm ignē ſuū et ipē:
ignē concupiſcencie carnalis.
ignē inuidie et ambicionis:
quē ſaluator in nobis nō accen
dere ſed extinguere venit. Va
e ſi quis hunc alienū ignē
in diuino conſpectu offerre ſa
crificio: etiā ſi prem habeat
aaron: morietur in iniquitate
ſua. ¶ Porro ſuper hec que de
ſociali vita et fraterna dilec
tione. de operibus bonis. et fer
uore ſancto dicta ſunt. humilita
tis virtus maxima maxime
neceſſaria ē: ut honore pueniamus
inuicē: nec mō priores: ſed et
ipſos iuniores ſibi quiſqz pponat.
Que minimū humilitatis perfec
tio eſt: et iuſticie plenitudo.
Et qm hilarē datorē diligit
deus. et fructus caritatis gau
diū eſt in ſpū ſcō: cantemus
ut dicim ē in vijs dñi: qm
magna eſt gloria domini.

Cantemus dn̄o canticū nouū: q2
mirabilia fecit. ¶ In quibus omnibus
ſi quis forte pfic̄e diſſimulat
et profiteri de virtute in vir
tutem: nouit quiſq3 huiuſmodi ē.
in ſtacione. nō in pceſſione ſe
eē. ymo nec̄ eo et in regreſſio
ne: qm̄ in via vite nō pgre
di regredi eſt: cū nichil ad
huc in eodē ſtatu pmaneat.
Porro pfectus nr̄ in eo con
ſiſtit. ut ſepius dixiſſe meme
nim: ut nūq̄ arbitremur nos
apprehendiſſe: ſed ſemp exte
damur in anteriora. et conemur
inceſſanter in melius: et in
pſpm̄ nr̄m diuine mie obtutibus
iugiter exponamus. Sermo vii

Purificacionē ſupra
bte virginis hodie
celebramus: que ſe
cundū legē moyſi
ſcā ē tn̄ facto a
natiuitate dn̄i xl.ª diebus. In
lege em̄ ſcriptum erat. ut mu
lier que ſuſcepto ſemine pe
periſſet filiū immūda eet ſep
tem diebus: octauo circūci
deret puerū. Dehinc ablui
oni et purificacioni intenta.
abſtineret ab ingreſſu templi
triginta tribus diebus: quibus
expletis offerret filiū domino
cū muneribus. ¶ Sed quis
nō aduitat in ipo ſentencie hu
ius: liberam nr̄em dn̄i ab
hoc precepto. Putabam eī q2
dicturus moyſes mulierē que
pepiſſet filiū immūdā eē nō
timuerit ſup matrem dn̄i blaſ
phemie crimē incurrere: et
ideirco pmiſit ſuſcepto ſemīe.
Alioqui niſi partum pdixiſſet

ſine ſemine virginis: que neceſſitas
erat de ſuſcepto ſemine fieri men
cione. // Patet itaq3 q lex iſta
matrē dn̄i non includit qua nō
ſuſcepto ſemine filiū pepit: ſicut
pdcm̄ fuerat p yſaiam. q2 no
uū faciet dn̄s ſup terram. Que
rīs qd̄ nouū. Mulier inquit cir
cūdabit virū. Non ab altero vi
ro virū ſuſcipiet. nō humana
lege concipiet hoīem: ſed in
uiſcera intacta et integra virū
claudet: ita ſane ut intrante et
exeunte dn̄o iux alium pphetam por
ta orientalis clauſa iugit pſe
ueret. Putas q nō potuerat mo
uere cuiuſq3 eius et dicere: quid
michi eſt opus purificacione.
Cur abſtineam ab ingreſſu tem
pli: cuius vterus neſciens vi
rū. templū factus ē ſpūs ſcti.
Cur nō ingrediar templū: qua
pepi dominū templi. Nichil
in hoc conceptu nichil in par
tu impurū fuit. nichil illicitū
nichil purificandū: nimirū
cum proles iſta fons purita
tis ſit. et purgacionē factē ve
nerit delictorū. Quid in me
legalis purificet mādatorum
obſeruacio: que puriſſima
facta ſum ipo partu īmaculato.
Vere o bta virgo vere nō habes
cauſam: nec tibi opus eſt puri
ficacione. Sed nunquid filio tuo
opus erat circumciſione. Eſto
int mulieres tanq̄ una earū: nā
et filius tuus ſic ē in numero
puerorū. Circumcidi voluit: et
nō multo magis voluit offer
ri. Offer filium virgo ſacrata.
et bndcm̄ fructū ventris tui
dn̄o repreſentare: offer ad nrm̄
oim̄ reconſiliacionē: hoſtiam
ſctam deo placentē. Omnino

acceptabit deus pro oblacione nova. et preciosissima hostia: de qua ipse ait. Hic est filius meus dilectus: in quo michi bene complacui. Sed oblacio ista fratres satis delicata videtur ubi tantum sistitur domino. redimitur avibus: et illico reportatur. Veniet enim, non in templo offeretur. nec inter brachia symeonis: sed extra civitatem. inter brachia crucis. Veniet ipse non redimetur alieno sed redimet alios sanguine proprio: quia redempcionem misit deus populo suo. Illud erat sacrificium vespertinum: istud est matutinum. Istud quidem est iocundius: sed illud plenius. Istud enim tempore nativitatis: illud in plenitudine etatis. De utroque tamen potes accipere. quod propheta predixit: oblatus est quia ipse voluit. Nam et modo oblatus est. non quia opus habuit: non quia sub legis edicto fuit: sed quia voluit. Et in cruce nichilominus oblatus est. non quia iudeus prevaluit: non quia ipse meruit: sed quia voluit. ¶ Voluntarie sacrificabo tibi domine: quia voluntarie oblatus es pro mea salute: non pro tua necessitate. Sed quid nos fratres offeremus aut quid retribuemus illi: pro omnibus que retribuit nobis: Ille pro nobis obtulit hostiam preciosiorem quam habuit: nimirum qua preciosior esse non potuit. Et nos ergo faciamus quod possumus: optimum quod habemus offerentes illi: quod sumus utique nosmetipsos. Ipse se ipsum optulit: tu quis es qui te offerre cuncteris: ¶ Quis michi tribuat: ut oblacionem meam dignetur maiestas tanta suscipere. Duo minuta habeo domine corpus et animam dico: utinam hec tibi perfecte possim in sacrificium laudis offerre. Bonum enim michi. longeque gloriosius atque utilius est: ut tibi magis offerar: quam deserar michi ipsi. Nam ad meipsum anima mea conturbatur: in te vero exultabit spiritus meus. Si tibi vacat offerenti fratres: moritura domino. Iudeus mortuas hostias offerebat: sed iam nunc vivo ego dicit dominus. nolo mortem peccatoris. sed magis ut convertatur et vivat. Non vult dominus mortem meam: et non libenter offero illi vitam meam. Hec est ei placabilis hostia. hostia deo placens: hostia viva. // Sed in oblacione illa tres fuisse leguntur: et in hac quoque tria nichilominus a domino requiruntur. Fuit in ea oblacione ioseph sponsus matris domini: cuius filius putabatur. Fuit et ipsa virgo mater: et puer ihesus qui offerebatur. Sit ergo in oblacione nostra constancia virilis: sit et continencia carnis: sit conscientia humilis. Sit enim in proposito perseverandi animus virilis: sit in continencia castitas virginalis: sit in consciencia simplicitas et humilitas puerilis.

Sermo quartus de purificacione et ordinacione cordium affectionibus

Adorna thalamum tuum syon. et suscipe regem christum: quem virgo concepit: virgo peperit: